

rum tuorum : * lunam et stellas quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus, * aut filius hominis, quoniam visitas eum ?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria et honore coronasti eum ; * et constituisti eum super opera manuum tuarum

Omnia subiecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas : insuper et pecora campi.

Volucres cœli, et pisces maris, * qui perambulantes semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra !

Glória Patri, etc.

Ant. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

Ant. Sicut myrrha.

Psalmus 18.

Cœli enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus annuntiat firmitermentum.

Dies dei eructat verbum : * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquellæ, neque sermones, * quorum non audiuntur voces eorum.